

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Voluntas ab
cum uariis

Voluntas est motus rationalis et sensui presidens et appetitui. Habet sane quocumque se uoluerit, rationem semper comitem, et quodammodo pedissequam, non quod semper ex ratione sed quod nunquam absque ratione moueatur, ita ut multa faciat per ipsam contra ipsam, hoc est per eius quasi ministerium contra eius consilium siue iudicium. Est uero data ratio uoluntati ut instruat illam, non destruat.

Bernardus ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

appetitui] appetui L²; pedissequam] pedissecam M; absque] absed C; ipsam] et etiam *add.*
P V¹; est *om.* B; ministerium] misterium P V¹